inspiratio quod ex veneno quesito aut causa talis est quia aer infectus et veneno-
sus qui inspiratur ab aliquo animali transit immediate ad cor inde leso corde animal
statim animal moritur quia in corde est principium et fons vite sed venenum quesitum
non transit immediate ad cor sed primo alteratur et non mutatur quia recipitur in
stomacho et ibi quandoque digeritur et postea recipitur in epate a quo etiam commovetur
antequam veniat ad cor ¶ Et talis radix superior potest esse duplex quia talis
radix vel est omnium causarum primaria in ordine ad quam omnes alie cause sunt
secundarie et ista est deus gloriosus a quo omnia procedunt plus namque influit
causa primaria in causatum quam secunda ut dicitur in primo propositione de causis Item
2a causa non sed prima movetur Unde namque quod movetur ab alio movetur
1o physicorum Unde hoc [illegible] tangit Avenzoar sapiens in suo theisir [illegible] ultimo
quod aut mortalitas venit voluntate dei et sic mediatione causarum naturalium vel
sine mediatione causarum naturalium ut stellarum Et de alia radice iam dictum est
¶ Tertio principaliter est sciendum quod 2a causa epydimie est radix inferior sive et illius
radicis inferioris est duplex causa Prima causa est alteratio diversa et
mixtio aerum et elementorum ex illis generatorum et illa est causa primaria secundum
medicos Et 2a causa de radice inferioris est mixtio humorum in hoc
multorum excessive in quantitate vel qualitate vel utroque modo et ita dicitur esse causa
antecedens illorum morborum sive immediata secundum medicos Et talis pestilentia
a radice inferiori vel est regionalis ut in uno regno provincia vel climate
vel est localis ut in una civitate villa vel domo Regionalis pestilentia quandoque
fit in uno regno causatur ab immundis paludibus et immundis aquis stantibus
corrumpentibus aerem ut in sardinia et insula [illegible] et in multis insulis et
locis marinis provenit etiam ex odore fetido cadaverum ut multorum mortuorum
hominum in prelio occisorum ut dicit Avicenna quandoque vero pestilentia est causa ven-
torum deferentium fumos malos ad locum bonum provenit etiam ex multiplicatione
ventorum et austrinorum et pluvie per totum annum vere et maxime tempore calido ut
sunt in villa [illegible] tempore et [illegible] ut legitur 3o epydimiarum et in primo de febribus
¶ Vel etiam talis pestilentia est in una civitate villa et tunc potest provenire p. t.
ex diversis fetoribus [illegible] et [illegible] [illegible] et ex latrinis
fetidis et immundis ut in [illegible] et [illegible] et ex malis odoribus olerum pu-
tridorum qualia sunt caules eruca ac etiam compositum fetidum et ex fetoribus
lini ac canapis in aquis stantibus ut tangit pe. de [illegible] et coriorum
vel pellium infusorum in aqua ut in urbibus et aliis locis ¶ Vel est pestilentia
in una domo particulari et tunc provenit ex [illegible] latrinarum vicinarum illi
domui vel etiam ex fetore cadaverum mortuorum et putrefactorum in una domo
vel cimiterio mortuorum vicinorum domui ut dicit Avenzoar vel ex puteis
malarum aquarum in quibus animalia nociva putruerunt et ex tali radice infe-
riori sepe febres pestifere in omni tempore generantur que ignorante medico male
curantur Vel etiam talis contingit ex compositione alicuius inferni in tali
domo ut visum est in [illegible] ¶ Quarto sciendum quod 2a causa
pestilentie est utraque radix scilicet superior et celestis et inferior ac terrestris
ut quando ambo concurrunt sicut quando in locis paludosis et fetidis grossi et mali
aeris venit mortalitas [illegible] et [illegible] ex [illegible] planetarum ac etiam
[illegible] [illegible] ad invicem quia non [illegible] inferior sine superiori [illegible] ut
[illegible] effectus sine sua causa et tunc de causis pestilentie seu epydimie